

DISS. IV.
Seu PARS V. TOMI PRIMI
DE
VIRGINIBVS VOTIVIS VIDVISQVE VELA-
TIS, vulgo CANONISSIS.

Summa. §. 1. *Canonica vita priorum Canoniarum fuit Monastica.*

§. 2. *Canonicae saeculi noni et decimi.*

§. 3. *De ROSWITHA* speciatim.

§. 4. *Canonicae saeculi XI. XII. XIII. XIV. XV.*

§. 5. *Canonicae saeculi XVI.*

§. 6. *Saeculi XVII.*

§. 7. *Saeculi XVIII.*

§. I.

Agitata subinde fuit controuersia inter Benedictinos ac Canonicos regulares S. Augustini, an Canonici Canonicaeque circa sui ordinis primordia regulae Benedicti aliisque institutis monasticis fuerint adstricti nec ne. N. SCHANNATVS (a) et nuper I. F. SCHANNATVS, (b) nec non Illustris MOSERVS, negantem adripuerunt sententiam. Alii Canonico-Monachismum propugnarunt. Haud ita pridem anno 1730. 8 Lector ad S. Michaëlis Hildesii Benedictinus Benedictus STOLTE edidit *Tractatum Historico-Iuridicum Erfordiae de Praecedentia controuersa Monachos Benedictinos inter et Canonicos Regulares S. Augustini*, quo eum in primis iuit vindicatum. Quum autem eadem aetate MOSERVS Canonico-Monachismum in gratiam Reu. Praepositi Hildesheimensis, iura sibi in Neo-Hildesiam vindicantis sua, summis viribus pro commento habuisset, quem Ill. Consiliarius de MEIER defenderat; factum est, vt decreto curiae Romanae liber STOLTII publice interdiceretur, eo quod ante aliquot annos Pontifex Romanus vetuisset, quò minus de ea causa quicquam in posterum scriberetur. Atque vt ab ovo ordiamur, regnante Pipino anno 752 (c) Clerici coeperunt in communem vitam conuocari per regulam et operam Chrodogangi Episcopi Metensis, anno 757 denati, qui regulam concinnauerat, tum ex Conciliorum decretis, tum ex Regula S. Benedicti. Ipsa a. 789 in concilio Aquisgranensi, et a. 813 in Moguntinensi clericis fuit praescripta. ADEMARVS ad a. 816 testis est, regulam quamdam ex sacris litteris et Patrum scriptis, iussu Ludouici Pii opera Amalarii Diaconi, compositam, in Il concilio Aquisgranensi approbatam et Canonicis praescriptam fuisse. Non ea multum differt a regula Chrodogangi. Ab illa regula, quae Graece dicitur *Canon*, vocabantur *Canonici*. Monachi autem vivebant ad regulam S. Benedicti. Saeculo vndecimo congregatio S. Rufi coepit, sic vocata ab Abbatia S. Rufi, quam ei donabat Benedictus I Episcopus Auenionensis. Fundarunt eam in ecclesia Auenionensi Canonici ibidem cathedrales Arnoldus, Odilo, Pontius et Durandus anno 1030. (d) Regulae, Chrodogangi et Aquisgranensis, non obstringebant quemquam ad tria vota. Haec autem congregatio addidit promissionem trium Monasticorum votorum. Vnde hi coeperunt dici *Canonici regulares*. Regula S. Augustini tunc nondum innotuerat, (e) Exeunte saeculo XI P. PETRVS DAMIANI Monachus Benedictinus et Prior, Cardinalis ac Episcopus Oltien-

(a) P. I. *Annal. Paderborn.* L. I. a. 816.

(b) In Praefationis fine ad *Vindemiam litterariam*, vbi notat *Laurentium Frisacum*, qui scripserat Canonicos saeculo demum XIV *cucullam* abiicisse. At in statutis ecclesiae nostrae a. 1461 Canonici adhuc pro *Cappa* iubentur soluere nonnullos florenos. SCHANNATVS probaturus suam sententiam ex duabus chartis, p. 173. 174. obuiis, id facile obtinet, quandam fuisse differentiam inter Canonicos et Monachos. Sed inde non iugulari videtur Canonico-Monachismus.

(c) HERMANNVS *Contractus* ad e. a. p. 297.

(d) MABILLON in *Apologia gemina pro Benedictinis* f. 51.

(e) MABILLON l. c. p. 14. et To. IV, *Annal. Benedict.* f. 586.

Oltienfis, co
monu vna clerico
grammli debee
fuit confirmatu
Vebano II, a. re
vni regularer S.
ter propagavit.
nedimus regula
fers, accomm
Bende saeculo
nomicae tanden
tere. Ex eo et

In coenol

(h) Praeposita
victusque com
stos curabat fu
bat. Fo nom
strumenta cult
tandem et Sch
ram: et Comm
mum, nequid
rumque Decana
Margareta de Cl
Margareta. Ipsa
Gertruda et Chri
lustris filia, quae
garda, Ottonis I
nuberet, inhabi
gavarus morbis
et societatem re
tino quam Episc
Hildesheimi Epi
tonis Regis eni
scopus et praec
teras virgines
tillae defunctae
num, et Episco
Haec enim eam
miliarcha erat, C
Walthero schola
Christophori Mar
opusculum *Domini*
nuncupavit. Ter
subiecto, designat.

Hinc Pacis cum Ot
denico inscripta, qu
tur *Epistola ad Haze*
inscripta *Donnae H*
adferre de Canonis
culo IX et X, fuisse

(f) Petrus DAMIANI

(g) BARONIVS ad e.

(h) AGIPVS in *Vita H*

(i) MABILLON To. I

(k) MABILLON l. c.

(l) Verba MABILLON

Ostiensis, confecit regulam ex duobus S. Augustini sermonibus de *moribus* et de *communi vita clericorum*. Idem vrgebat Alexandrum II Papam, (f) vt clericus, a regula Aquisgranensi deflectens, obstringeretur ad regulam ex Augustino desumptam. Quod ipsum fuit confirmatum in concilio Romano anno 1063. (g) Regula illa coepit designari ab Urbano II, a. 1087 in Papam electo. Qui eam amplectebantur, vocari soliti sunt *Canonici regulares S. Augustini*. IVO, Carnutensis Episcopus in Gallia, anno 1090 eam acriter propagauit. Erant praeterea regulae S. Quintini, S. Stephani, et Nortperti. Benedictus regulam quamdam, ex Ep. 109. Augustini haustam, praescripsit virginibus sacris, accommodatam quoque viris anno 1117. Hanc Canonicae nostrae sunt secutae. Deinde saeculo XII Abbatissa ordinem S. Augustini ordini pristino praeposuit: et Canonicae tandem cum Canonicis regulam plane neglexerunt, et vitam *secularem* praetulerunt. Ex eo ecclesia Gandershemensis praeter rationes alias dicta fuit *secularis*.

§. II.

In coenobio Brunteshusano Hathumodae adstiterunt *Praeposita*, *Decana* et *Custos*. (h) Praeposita erat, vicem sustinere Abbatissae et curam ordinis, recte obseruandi, victusque commode ministrandi, gerere. Decana moderabatur cantum in choro. Custos curabat suppellectilia et vasa sacra, eaque adparabat, ac reficiebat et nouis cumulabat. Fo nomine olim *deciman* ex lino obtinuit, vt praesto esset materia, ex qua instrumenta cultus apparatusque sacri maximam partem conficerentur. Adsumtae sunt tandem et *Scholastica*, informationi virginum et Principum optimarum nauans operam: et *Commendataria*, quae locum Abbatissae vacantis sustinebat, et eo intendebat animum, nequid Abbatissa in detrimentum ecclesiae auderet. Commendataria erat plerumque Decana. Praepositae reditus tandem fuerunt adtenuati et cum Decanatu a Margareta de Clum coniuncti, immo cum Abbatia, quum eam consequeretur eadem Margareta. Ipsa enim noluit, nouam creari Praepositam, Primae Canonicae fuerunt Gerberga et Christina ac Sophia, filiae Ludolfi. Roswitha perhibetur exstitisse Ottonis II-lustris filia, quae, Wichmanno seniori marito suo defuncto, heic velum sumserit: *Liudgarda*, Ottonis I nata, dicitur *inhabitatrix*, et coenobium Gandershemense, antequam nuberet, inhabitauit. *SOPHIA*, Ottonis II filia, anno 979 sumsit velum, et, Gerberga variis morbis, ac senectute, quae ipsa morbus est, conflictante, ad Praeposituram et societatem regiminis admissa est. Velum maluit sumere ab Archiepiscopo Moguntino quam Episcopo Hildesienfi. Haec tamen machinatio in conspectu Regis, Osdago Hildesienfi Episcopo agente, ventilata, cassa et irrita facta est: vixque interuentu Ottonis Regis eiusque matris obtentum, vt in natali S. Lucae Missam celebraret Archiepiscopus et praedictae Sophiae velum imponeret: Hildenesheimensis vero Episcopus ceteras virgines eiusdem Parthenonis velaret. (i) Ipsa, anno 1001 Gerbergae II Abbatissae defunctae, successit, multaeque lites exarserunt inter Archiepiscopum Moguntinum, et Episcopum Hildesheimensem, de inauguratione et benedictione Sophiae. Haec enim eam maluit a Moguntino sumere ac recipere. (k) Huius Parthenonis *Chimiliarcha* erat, Ottonis II tempore, *Hazecha*, nobilis sanctimonialis, vt discimus ex Walthero scholastico, Spirensis ecclesiae Subdiacono, qui tunc librum de *Passione S. Christophori Martyris* scripsit iussu Balderici eius ecclesiae Praefulis, quo mortuo hoc opusculum *Domnis Liutfredo, Benzoni et Friderico*, vna cum ceteris datae consortibus pacis nuncupauit. Tempus conditi operis in prologo metrico huic nuncupatoriae epistolae subiecto, designat,

Cum primum regno successit tertius Otto,

Hinc Pacis cum Ottonae initae mentio in praedicta epistola, Liutfredo Benzoni et Friderico inscripta, qui istius Pacis praecipui Auctores censentur. Hanc epistolam sequitur *Epistola ad Hazecham, sanctimonialem, urbis Quidilinae Kimeliarchen seu Thesaurariam, inscripta Domnae Hazechae, meritorum et generis speculo non obscurae*. (l) Plura possemus adferre de Canonissis prioribus, nisi scripta et nostra et Pontificum Romanorum, saeculo IX et X, fuissent papiro Aegyptiacae mandata, vt partim supra iudicauimus, partim

T t t t t 3

(f) *Petrus DAMIANI* ep. XVI.

(g) *BARONIUS* ad c. a.

(h) *AGIUS* in *Vita Hathumodae* c. 9.

(i) *MABILLON* Vo. IV. *Annal. Ordinis S. Benedicti* p. 54.

(k) *MABILLON* l. c. p. 157. 218. 323. 327. 147.

(l) Verba *MABILLONII* l. c. p. 21.

tim IPHANNES MABILLONIVS exemplis, nostris quoque, ostendit. (m) Canonicae olim erant sacris exterisque litteris egregie imbutae. Eis enim erudiendae et formandae tradebantur filiae Regum, Imperatorum, Ducum et Comitum. (n) Id ipsum patet ex dignitate *Scholasticae*. Olim saepius duodecim simul erant Canonicae. Abhinc vero duobus saeculis quatuor vel quinque duntaxat simul perceperunt reditus anniuersarios. Abbatissa, quae coenobio S. Mariae praeerat, a fororibus quidem eligebatur, sed regimen suscipere non poterat, antequam ab Abbatissa maioris ecclesiae esset confirmata et possessioni immissa. Deinde locum accepit ipsa inter Canonicas reliquas, eodem iureiurando, quod Canonicae dicere solebant obedientiae et subiectionis, praestito: subscripsit chartis publicis inter cetera collegii illustri membra, nunc primo, nunc secundo, nunc tertio loco: nec alienare quicquam potuit citra luculentum Abbatissae maioris, ac totius Capituli, et maioris et sui, consensum. MABILLONIVS ad a. 973: (o) Eodem tempore Gerberga Gandersheimensis Abbatissa in suburbio eius oppidi aliud COENOBIVM virginum a fundamentis extruxit in honorem SANCTAE MARIAE, ibique triginta sanctimoniales sub regula Sancti Benedicti collocavit: quibus res necessarias abunde suppeditavit. Iisdem facultas eligendae Abbatissae, cum ASSENSV tamen veteris Monasterii Abbatissae, indulta est auctoritate Ottonis Iunioris. Data septimo Idus Iunii anno Dominicae Incarnationis 973 Indictione prima anno Regni Domini Ottonis XIII, Imperii autem sexto. Actum Gruonaha feliciter. Willigisus Cancellarius vice Rotberti Archicappellani hoc praecceptum recognouit, idemque post biennium Rotberto seu Rudberto Moguntino Archiepiscopo in utraque dignitate successit. Initio coenobium hocce plenum erat virginibus, principali ac nobilissima origine conspicuis, quae ceteras inter Canonicas referebantur. Ex eo factum, ut Abbatissae et Canonicae S. Mariae saepius fuerint confusae cum Abbatissis et Canonicabus maioris ecclesiae. Ita ex Ezone et Mathilda, Ottonis III sorore, Adelheidis et IDA fuerunt natae, quarum, ni prior, certe posterior, S. Mariae fuit Abbatissa. (p) Mathildis, Alberti Pinguis filia, fuit Canonica et Abbatissa S. Mariae, et Decana maioris ecclesiae, quae tamen a plerisque habetur pro Abbatissa ecclesiae collegiatae. Quum postea coenobium S. Mariae vilesceret et tantum nobiles, dein priuatae conditionis, virgines, in id adsumerentur; desiit consuetudo, eas adnumerandi Canonicabus: et Abbatissae maioris ecclesiae sibi retinuerunt ius conferendi beneficia trium coenobiorum, sibi subiacentium, permutatione bonorum aliorum interposita. Hoc nisi obseruetur, nodi incidunt inextricabiles, quibus soluendis vnicus vix Alexandri ensis suffecerit. Medio saeculo decimo heic floruit Rikardis, magistra inlytissimae Roswithae. Successit ei in professione docendi Gerberga II, posthaec ad principatum et dignitatem suarum fororum praestantissimam, videlicet Abbatialem, euecta. Vtriusque meminit Roswitha in praefatione ad *Vitam Beatae Mariae Virginis*. Complures confimiles alias silentium et posteritas surda occultarunt, quarum et genus et merita omnino fuissent digna, quae curatius notarentur. Vnica Roswitha Canonica extulit sese, uti lenta inter viburna cupressi solent: et licet id ipsum, quod de plerisque memoriae proditur, abdiderit; famam tamen singularem scriptis suis sibi peperit. Meruit ipsa omnino, ut separatim de ea differamus.

§. III.

Nullam ego mulierem, (q) quod quidem meminerim, legi vel audiui, vel ex veteribus vel ex recentibus, quae aucta sit heroico simulque comico carmini manus admo- uere, illudque ad veritatem historicam perficere; nisi, siquis ex veteribus Graecis Erinam Tejam, ex Latinis Probam Valeriam, ex Hetruscis Margaritam Sarrocchiam, obli- ciat: at prima quidem, proxime ad Homeri maiestatem, carmen egregium scripsit, trecentis tantum versibus, neque eo amplius, conclusum atque perfectum; secunda vero, quamuis longum opus ac nobile, de Christi gestis ac morte, condiderit, illud tamen Virgilii versibus contexit, ac nihil propemodum de suo addidit. Tertia autem, virili plane audacia, Etrusco heroico carmine, rhythmis adstricto, Scanderbegi Epirotarum longe fortissimi res gestas, Phoebis Musisque fauentibus, multis libris profecuta est; nec sicut quidam, qui maligne eam laudabant, soliti erant dicere, fuit inter mulie- res

(m) De re Diplomatica p. 37.

(n) CHRONICON Quedlinburgense ad a. 1025. p. 296.

(o) To. III. Annal. Ordinis S. Benedicti p. 618.

(p) MONACHVS BRVNWILLERENSIS in Vita Eronis et Mathildae c. I. p. 316. To. I. Leiba.

(q) Ita fere describit Iannus Nicinus ERYTHRAEVS Margaritam Sarrocchiam, in Pinacotheca p. 259. lqq.

DISS
vis ut, et
sequatur, ut
sua haberi vid
in genere, in
reliqui post se
ma, tum quoc
co exirent.
gli et Germani
Germani, Bata
ligentes. Ioan
fridus Anglus, (c
(g) J. F. Paullin
dar Arnoldus, (c
mi, (p) Iacobus
(t) et Henricus
radus Celtes a
tioni illi adscri
H. L. Schurzfl
TAE CHRIST
dinus Ratirponae
gae anno 1550. (c
mili eruditissimus
nae cum veto in ca
in Parthenone G
bergam, regiam
celit. Id patet
fecit ex sententiis
mo sapientissimae a
ferio; deinde pro
dominio Abbatiae,
aliquot auctores,
hinc ei, qui ipsi
sententia, (u)
fis Episcopi, item
bet in *Vitis San*
NES MABILLA
bellus a Rosweit
hem est concinn
recantat et emenc
(a) To. III. Annal.
(b) De scriptoribus
(c) In Chronologia
(d) FOSSIVS de His
(e) De Historicis La
(f) In Orig. Saxon.
(g) To. I. rer. Germ.
(h) In libello: Hochz
(i) In Regenten-Saad
(j) In Hist. litter. scr
(k) In Introd. ad To. II
(l) In Kirchen- und K
(m) In Commentario d
(n) De Poet. Historia l
(o) To. II. Apparatus
(p) Einleitung in die Hi
(q) In Antiq. Gander
(r) In praefatione ad c
(s) Anno 1508 iam ips
si p. 31. 32.
(t) In Supplemento de
(u) To. II. p. 176. lqq.
(v) To. II. Comment. de

DISS. IV. DE CANONISSIS GANDERSHEIMENSIBVS. 1073

vis vir, et inter viros mulier, sed multiplici variaque doctrina, et carminis elegantia, assequabatur, vt multi nec imperiti nec indocti viri, cum ipsa comparati, mulierum instar haberi viderentur. Hæc *HROSWITHA*, decus ordinis Benedictini, Saxonico orta genere, in Gandersheimensi coenobio ab ineunte aetate instituta, longo intervallo reliquit post sese, tum quod historiarum et rerum sacrarum ac comicarum erat peritissima, tum quod gesta summorum Imperatorum, Regum, et Principum carmine heroico expressit. Vt enim de laudibus et patria Homeri quondam certarunt Graeci; ita Angli et Germani de encomiis patriæque Hroswithæ contenderunt; Galli vero, Itali et Germani, Bataui ac Angli in laudibus ipsius percensendis fuerunt multi, longi, et diligentes. *Ioannes Mabillonius*, (a) *Ioannes Trithemius*, (b) *Bruschius*, (c) *Laurentius Humfredus Anglus*, (d) *Gerhardus Ioannes Vossius*, (e) *Georgius Fabricius*, (f) *Henricus Meibomius*, (g) *J. F. Paullini*, (h) *Hofemannus*, (i) *Guilielmus Caue*, (k) *G. G. Leibnitius*, (l) *Gothofredus Arnoldus*, (m) *Casimirus Oudinus*, (n) *Lilius Gregorius Gyraldus*, (o) *Antonius Possevinus*, (p) *Iacobus Fridericus Reimannus*, summus fautor, (q) *Ioannes Georgius Leuckfeldius*, (r) et *Henricus Leonhardus Schurzfleischius*. (s) Opera Roswithæ primus evulgavit *Conradus Celtes* anno 1501. 4. Noribergæ. Falluntur, qui annum 1500. 1505. 1550. editioni illi adscribunt. Prodierunt ea denuo 1707. 4. Wittebergæ, curante et præfante *H. L. Schurzfleischio*, dedicata Serenissimæ Abbatissæ Gandersheimensi, *HENRIETAE CHRISTINAE*. *MABILLONIVS* loco laudato: Pleraque Roswithæ opuscula vidimus Ratisponæ apud *S. Emmeranum*, eaque omnia collegit et simul edidit *Conradus Celtes* Norimbergæ anno 1550. (t) Horum indicem apud *Trithemium* videre licet. Initio libri editi, quem mihi eruditissimus *Baluzius* commodavit, pingitur Roswitha in habitu sanctimonialis Benedictinæ cum velo in capite et ampla cuculla, librum suum supplex offerrens *Ottoni Imperatori*. Ipsa in Parthenone Gandersheimensi educata et instituta, primo *Richardem*, deinde *Gerbergam*, regiam puellam, magistras habuit, quibus ipsa in docendi munere heic successit. Id patet ex eius *Praefatione ad Vitam Beatae Mariae Virginis*, cuius encomia confecit ex sententiis scripturarum, quas intra aream Gandersheimensis collegerat coenobii, primo sapientissimæ atque benignissimæ *Rikardis Magistrae* aliarumque suæ vicis instruente magisterio; deinde prona fauente clementia Regiæ indolis *Gerbergæ*, cuius nunc, inquit, subdorminio Abbatissæ, quæ aetate minor, sed, vt Imperialem decebat neptem, scientia prouector, aliquot autores, quos ipsa prior a sapientissimis didicit, me admodum erudiuit. Refelluntur hinc ei, qui ipsam cum Roswitha Abbatissa confundunt. Erat olim *OV DINVS* in ea sententia, (u) Roswitam nostram scripsisse oratione soluta *Vitam S. Willibaldi Eistetenfis Episcopi*, itemque *Vitam S. Wunibaldi primi Heidensheimensis Abbatis*, quas *SVRIVS* habet in *Vitis Sanctorum*, *HENRICVS CANISIVS* Tomo IV. *Antiquæ Lectionis* et *IOANNES MABILLON* *Seculo III. Sanctorum Ordinis diui Benedicti*. (x) Verum vterque ille libellus a Rosweita alia, *Willibaldi consanguinea*, circa annum 740 in monasterio Heidensheim est concinnatus, vti idem docet *OV DINVS*, vbi (y) errorem, a sese olim admiffum, recantat et emendat. *Opera Roswithæ* sunt hæc: 1) Li-

- (a) To. III. *Annalium Ordinis S. Benedicti* p. 588. sq.
- (b) *De scriptoribus ecclesiasticis* p. 165. sq. ed. Colon. 1546. 4.
- (c) In *Chronologia monasteriorum Germaniæ* p. 234.
- (d) *VOSSIVS* de *Histor. Lat. L. II. c. 41.* p. 352.
- (e) *De Historicis Latinis* L. II. c. 41. p. 351. sq.
- (f) In *Orig. Saxon.* L. II. p. 98.
- (g) To. I. rer. Germ. p. 706. sqq.
- (h) In libello: *Hochgelehrtes Frauenzimmer* p. 115.
- (i) In *Regenten-Saal* p. 727.
- (k) In *Hist. litter. script. eccles.* ad a. 980. p. 506.
- (l) In *Introd. ad To. II. scriptor. Brunsvic.* n. XXVI. p. 29. sq.
- (m) In *Kirchen- und Ketzer-Historie* P. I. L. X. c. III. §. 4. p. 350. ed. 1729. 4. Francof. ad Moenum.
- (n) In *Commentario de scriptoribus ecclesiae antiquis* To. II. Sec. X. a. 980. p. 502. sqq.
- (o) *De Poet. Historia* Dialogo V.
- (p) To. II. *Apparatus sacri* ad a. 990.
- (q) *Einleitung in die Historiam litterariam der Deutschen* L. II. Quæst. 181. p. 282.
- (r) In *Antiqq. Gandersheim.* c. 24. p. 271. sqq.
- (s) In *praefatione ad Opera Hroswithæ.*
- (t) Anno 1508 iam ipse Viennæ obierat. *Petrus LAMBECIUS* L. I. *Bibliothecæ Caesareæ Vindobonensis* p. 31. 32.
- (u) In *Supplemento de scriptoribus ecclesiasticis a Bellarmino omiffis* ad a. 980. p. 311.
- (x) To. II. p. 176. sqq. 365. sqq.
- (y) To. II. *Comment. de script. eccles.* Sec. X. p. 507. sqq.

- 1) Liber vnus ad Gerbergam Abbatissam Heroico carmine de vita et conuerfatione intemeratae Dei genitricis et Virginis Mariae.
- 2) Liber vnus de Adscensione Domini eodem carmine.
- 3) Liber vnus de S. Gangulfo Martyre.
- 4) Liber vnus de Passione S. Pelagii Martyris, his temporibus in Corduba passi.
- 5) Liber vnus de Lapsu Theophili Vicedomini et eius poenitentia.
- 6) Liber vnus de Lapsu cuiusdam iuuenis per Sanctum Basilium conuerfi.
- 7) Liber vnus de Passione S. Dionysii Episcopi et Martyris.
- 8) Comoediae sex ad imitationem Terentii, quarum prima inscribitur: Conuersio Gallicani Principis, passionem includens SS. Ioannis et Pauli Martyrum.
- 9) Secunda de Passione Agapis, Chioniae et Hirenae Virginum.
- 10) Tertia de Resuscitatione Callimachi et Drufianae per S. Ioannem.
- 11) Quarta de Lapsu et conuersione Mariae, neptis Abrahae Eremitae.
- 12) Quinta de Conuersione Thaidae meretricis.
- 13) Sexta de Passione Sancta Virginum, Fidei, Spei, et Charitatis.
- 14) Liber vnus de gestis Oddonis Imperatoris heroico carmine. Desinit in anno 967.
- 15) Liber vnus Epigrammatum diuerforum.
- 16) Epistolae variae non inelegantes.
- 17) Carmen heroicum de fundatione Ecclesiae Gandesheimensis.
- 18) Cui praemiserat Vitas Pontificum Anastasii et Innocentii.

Opera illa, exceptis 17 et 18, ediderunt *CELTES* (a) et *SCHVRZFLEISCHIVS*. Opusculum 14 separatim recensuit notisque illustravit *HENRICVS MEIBOMIVS* auus, et Witikindi Corbeiensis *Annalibus*, a se anno 1621 Francofurti in folio editis, adiecit. Post haec nepos, auo cognominis, illud inseruit Tomo primo (b) scriptorum de rebus Germanicis. Carmen hoc heroicum conscripsit iussu Abbatissae Gerbergae, et Ottoni II. obtulit. De eo sic sentit *CVSPINIANVS*: *Res gestas Ottonis Roswitha monialis complexa est versibus, qui, licet sint, ut tempora ferebant, neque elegantes, neque satis culti; mirandum tamen est ingenium muliebre, in Saxonia, et in ipsa barbaria educatum et genitum, id praestare potuisse.* Opusculum XVIIum editum est demum a I. G. *LEVCKFELDIO*, (c) *Godofrido Guilielmo LEIBNITIO* (d) et a memet in hisce ipsis monumentis. Emendauit plurima ex *MStis* duobus, quorum possessores, rei litterariae fauentissimi, nominari se se nolunt. Opusculum XVIII nondum prodiit, cuius mentionem facit *HENRICVS BODO* in praefatione ad *Syntagma de Ecclesia Gandesiana*. Bodoni opuscula XVII et XVIII ab Abbatissa Gandersheimensi Gertrude erant mutua data. At ille nihil horum restituit. Possidet Capitulum Gandersheimense *MStum* opusculi XVII, sed cuius antiquitas vix trecentos annos superat. Verum *MStum* latet in coenobio, in quod Monachi Clusinenses confugerunt sub introductae religionis Lutheranae primordia. D. *NICOLAVS HIERONIMVS GVNDLINGIVS* (e) magni facit hoc poema, ita de *Leuckfeldio* commentatus: *Laudandus hic auctor est sane perdiligens, quod Roswithae Poetriae de Constructione coenobii Gandersheimensis carmen primum prelo subiicerit, desideratum a multis et lectitatum a paucis. Saliuam mihi primum mouit Nicolaus Schatenus, in cuius Annalibus Paderbornensibus quaedam inueni ἀποσπασματῶνα. Dolendum est, H. L. Schurzfleischium, fraternalis eruditionis aemulum, illud Roswithae operibus nec adiecisse nec adiciere potuisse. Miramur, a Roswitha lectum esse Terentium, rei meretriciae pessimum magistrum. Sed ipsa se excusat in epistola ad quosdam sapientes, sui fautores, Comoediae primae epistola, in qua sic mentem suam aperit: Inter haec diuersis affectibus, gaudio scilicet et metu, in diuersum trahor. Deum namque, cuius solummodo gratia sum id, quod sum, in me laudari corde tenus gaudeo: sed maior, quam sum, videri timeo. quia verumque nefas esse non ambigo, et gratuitum Dei donum negare, et non acceptum accepisse simulare. vnde non denego, praestante gratia creatoris, me artes scire, quia sum animal capax disciplinae; sed per energiam fateor omnino nescire.* En modestiam! en pietatem! In epistola sequenti indicat, Terentium Gan-

(a) Qui inuenerat ea in coenobio Benedictino, vti narrat *SAGITTARIVS* in *Introd. Hist. eccles.* p. 622.

(b) Pag. 705. *REVBERSVS* id ipsum inseruit *Syntagmati Scriptorum rerum Germanicarum*.

(c) *Antiqq. Gandersh.* p. 353. sqq. *ACTA* Erudit. 2. 1710. Iul. p. 314.

(d) *To. II. Scriptor. Brunsvic.* n. XXVI. p. 319. sqq. *Acta Erud.* 1702. p. 487.

(e) In libro singulari *De Henrico ducupe* §. II. p. 11. sq.

Gandersheim
notitia rerum m
haec comoedias
man omnino in
locus, ac a prof
GESNERVS tra
gu, quae id nos
euangelia Graeca
trio studio quam
witha, vt eius e
in acceptis feren
gnitissimae. Co
ad Antiquitates Q
ginclaruerit q
locauerit. Patri
Laurentio Humi
Roswidam esse pu
Angla, Abbatissa
bris Egfrido, que
XONICVM (g) a
decesse Hilda, Abb.
filiarius Brandenb
ferendam ad nobi
eum non faller, q
resque alias femina
xonia inclytae. It
institutum. Multi
extinctos esse cont
eae, quas forma m
olim dicebantur I
eis, quae diximus
quae anno 1001
batialem euecta
anno 967. Ex c
MIVS, (h) ni in
duodecimi, et su
Ioannes ille Angli
annum 853. (i)
wulfi filium, Ang
dixit, Trithemiu
ex mala interpreta
tus sit; me non ha
probe monens, eun
ad annum 980 locast
gratum fuit Ganders
tum, quum tamen ill
Epigramma ear
Et
Scil

(f) Serenissimi Ducis A
witha id imprimis ad
(g) Quod edidit EDMUN
(h) De scriptoribus eccles
(i) PLATINA de Piti P
(k) CHRONICON SAXO

Gandershemii ob dulcedinem sermonis frequentissime lectitari et nonnullas nefandarum notitia rerum maculari; se autem victoriam de blanditiis illis amentium reportasse, et haec comoedias concinnasse, ut in posterum legantur loco Terentii magis seria. Optimum omnino institutum! Sed stilus Roswithae est satis seiunctus a venustate et nativa, lactea, ac a profuente Terentii simplicitatis terfae dulcedine. Graece eam novisse, GESNERVS tradiderat. OVDINVS negantem abijt ad sententiam. Sunt tamen vestigia, quae id nos adfirmare suadent. Constantissima enim fama dicitur, heic olim (f) euangelia Graeca in festis Pentecostes diebus fuisse decantata et Theophaniae Imperatricis studio quamque Canonicam Graecis sese litteris dedisse. Meruerat omnino Roswitha, ut eius exploratam haberemus patriam, stirpem, natalem, mortem. Ipsi enim in acceptis ferendum est, quod origines coenobii Gandersheimensis sint illustres et cognitissimae. Conqueritur FRIDERICVS ERNESTVS KETTNERVS in praefatione ad Antiquitates Quedlinburgenses de eo, quod non Roswitha aliqua etiam Quedlinburgi inclaruerit, quae primordium gynecii regalis et votiui, inibi florentis, in luce conlocauerit. Patriam Roswithae diuinando nonnulli adsequi studuerunt. VOSSIVS de Laurentio Humfrido Anglo: *Nec dissimulandus error doctissimi Humfridi, quando eandem Roswidam esse putat ac Hildam. Nam et locis et temporibus refellitur; quum Hilda fuerit Angla, Abbatissa in monasterio Herethew; atque anno decesserit DCLXXX, regnante in Northumbria Egfrido, quemadmodum constat ex BEDAE L. IV. Histor. cap. 23. CHRONICON SAXONICVM (g) accedit sententiae Bedae, nam sic habet ad annum 680: Eodem anno decessit Hilda, Abbatissa in Streonesheale. MARTINVS FRIDERICVS SEIDELIVS, Consiliarius Brandenburgicus, olim animum induxit ad credendum, Roswitham esse referendam ad nobilem familiam, de Rossow dictam. Quid veri subsit huic opinioni, eum non fallet, qui nouit, familias olim caruisse eiusmodi cognomine hereditario, pluresque alias feminas tum appellatas esse nomine Roswithae. Fuit indubie stirpis in Saxonia inclytae. Ita enim suadet domicilium, contubernium virginum, et foundationis institutum. Multi tum floruerunt in proximo Comites, quos mutatione temporum extinctos esse constat. Ex hisce delectae et destinatae coenobiis illustrioribus sunt eae, quas forma minus commendabat vel luno Moneta dereliquerat. Vnde Canonicae olim dicebantur *Dominorum filiae, Herrn-Kinder*. Quando vixerit Roswitha, facile ex eis, quae diximus, colligere licet. Ipsa fuit aetate prouectior Gerbirge II. Abbatissa, quae anno 1001 vitam cum morte commutauit, et ante annum 960 ad dignitatem Abbatialem euecta fuit. Panegyricum Roswithae de Ottone primo Imperatore definit in anno 967. Ex quo patet, eam exeunte saeculo decimo floruisse. Quocirca TRITHEMIUS, (h) ni interpolatorem habuerit, fallitur, quum eam adiungit scriptoribus saeculi duodecimi, et subdit: *Coaetanea fuit Iohannis Anglici, qui doctrina sua Papatum meruit, Iohannes ille Anglicus, ex Maguntiaci oriundus, Pontificatum fictum adeptus est circa annum 853. (i) Leonis Papae mentio fit adhuc anno 853, quo Aelfredum, Aethelwulfi filium, Anglum, Romae in Regem consecrauit et in filium adoptauit. (k) Si dixeris, Trithemii aeuo nondum certo constituisse, quorsum ille fictus Iohannes Anglicus, ex mala interpretatione cuiusdam statuae Romanae saeculo XIV et XV natus, referendus sit; me non habebis repugnantem. Anachronismum Trithemii iam notauit VOSSIVS, probe monens, eundem Abbatem Spanheimensem in Chronico Hirsaugiensi Roswitham ad annum 980 locasse. Quem annum dein CAVEVS et OVDINVS retinuerunt. Ingratum fuit Gandershemium, quod poëtriae clarissimae nullum posuerit monumentum, quum tamen illud Corbeiensis Witichindo, historico, suo non inuiderint.**

Epigramma eam ob causam ei dedico in hunc maxime modum:

Et genus et proauos celat Roswitha pudica:

Natalem ac mortem perfida fama tegit.

Scilicet hinc aliae possunt sibi quaerere nomen.

Ex scriptis ipsi gloria summa viget.

Epi-

(f) Serenissimi Ducis AVGVSTI Fürstl. Braunsch. Lüneburgische Klosterordnung Cap. I. tit. 10. De Roswitha id imprimis adfirmat VOSSIVS l. c.

(g) Quod edidit EDMUNDVS GIBSON Oxonii 1692. 4. p. 45.

(h) De scriptoribus ecclesiasticis p. 166.

(i) PLATINA de Vitis Pontificum p. 302.

(k) CHRONICON SAXONICVM ad a. 853. p. 75. sq.

V u u u u u

Epigrammata aliorum in Roswitham adtulit *HENRICVS MEIBOMIVS*. (1) Icona *Helena* a *Rosow*, quam *Seidelius* pro *Roswitha* nostra reputauit, dederunt post *Seidelium MEIBOMIVS* (m) et, ex eo, *LEVCKFELDIVS*. At quis certo adfirmare aufit, *Helenam* illam et *Roswitham* esse eandem?

§. IV.

Anno 1039 *Behoca* fuit *Praeposita*, quare anno eodem causam *Abbatissae* aduersus postulata *Episcopi Hildesheimensis* in comitiis *Goslariensibus* egregie perorauit. (a)

Exeunte saeculo XI aliquoties *Canonicae* accusarunt *Abbatissas* penes Imperatorem et Papam.

- A. 1127. *Praeposita Chuniza*.
 1148. *Gertrudis Praeposita*, *BERTA Decana*. *Gertrudis* obiit IV Idus Iunii, (b)
 1167. *Hatwigis Praeposita*.
 1188. *Juditha Praeposita*, *Adelheidis Decana*, *HADEWIGIS Canonica*, filia *Comitis Hermannii*, *Luckardis Capellana*.
 A. 1204. *Bia Capellana*.
 A. 1207. *Liutgardis Praeposita*, *BERTA Decana*, *Odelhildis*, *Sophia*, *Helmburgis*, *Helmburgis altera*, *Adelheydis*, *Adelheydis*, *Bia*.
 A. 1215. *BERTA Praeposita*, *Odelhildis Decana*, *Machtildis Scholastica*.
 A. 1261. *Machtildis Praeposita*, *Luccardis Decana*, *Mechtildis custos*, *Zacharia Scholastica*, *ELISABET de Clettenberg*, *ALEYDIS de Cegenberg*, *Hadewig de Brunengehusen*.
 A. 1264. *MECHTILDIS Abbatissa S. Mariae* et *ODA*, virgo sacra, sorores *Comites de Poppenburg*.
 A. 1271. *MACHTILDIS Abbatissa S. Mariae*, (c) *Mechtildis Praeposita*, *Luccardis Decana*, *Alheydis custos*, *Hadewigis Scholastica*, *ELISABET de Clettenberge*, *ELISABET de Halremunt*, *METZA*, *SOPHIA*, et *ALHEIDIS tres sorores de Bilstene*, *MECHTILDIS* et *SOPHIA de Euerstene*, sorores.
 A. 1274. *MECHTILDIS Praeposita*, *Lutgardis Decana*, *Alheidis custos*.
 1278. *Mechtildis Praeposita*, *Lutgardis Decana*, *Alheidis custos*, *MECHTILDIS* et *GRETA de Bilstene*, *MECHTILDIS* et *SOPHIA de Euerstene*.
 A. 1280. *MECHTILDIS*, soror *Hermannii Comitis Woldenbergici* ac *Henrici Canonici Hildeshemensis*. Exstitit postea *Abbatissa*. Solet cum ea confundi *Mechtildis Abbatissa S. Mariae*, *Alberti Pinguis*, *Ducis Brunswicensis* filia.
 A. 1302. *MECHTILDIS* et *ALHEIDIS de Bilstene*, *ALHEIDIS* et *SOPHIA de Holtesminne*, *SOPHIA de Euerstene*.
 A. 1318. *ALHEIDIS Praeposita*, *MECHTILDIS Decana*, *SOPHIA custos*.
 1332. *JVTTA*, *Praeposita*, *Comes de Woldenberge*.

DIPLOMA eius ex Archivo maioris ecclesiae Hildeshemensis :

„Nos *JVTTA* de *Woldenberghe Dei gratia Gandershemensis Ecclesie Praeposita* recognoscimus per presentes. quod cum dilecti nobis dominus *Ludolfus patruus noster*. ac „fratres nostri. *Johannes. Borchardus. Gerhardus et Willebrandus Comites de Waldenberghe* „proprietatem trium mansorum et duarum arearum in *Bornum super AMBERGA* sitorum honorabili viro domino *Lippoldo de Stockem Hildensem ecclesiae Canonico et Capitulo* ibidem donauerunt. Nos donationem huiusmodi ratam habentes. consensum „nostrum eidem duximus adhibendum. renunciantes omni iuri. quod nobis in bonis „huiusmodi competeat vel posset competere in futurum. figillum nostrum presentibus „in testimonium apponentes. Datum *Ganders*. anno domini M. CCC. XXXII. 64

A. 1350. *Ifaldis* et *Helewig* sorores de *Ysenborch* resignant.

1352. *Heseke Praeposita*, *ERMEGARDA*, *Decana*, confirmant *fundationem altaris S. crucis et Sanguinis Christi*.

Lise de Nederveenne.

A.

(1) To. I. rer. Germ. p. 707. 199.

(m) In adparatu praefixo To. I. rer. Germ.

(a) ANNALES Hildeshemenses ad a. 1038. et MABILLONIVS To. IV. Annal. Ordinis S. Benedicti p. 429.

(b) NECROLOGIVM Hildeshem. p. 765. To. I. Leibn.

(c) Sic nomina sunt posita in Diplmate. Patet ex hisce, Praepositam seu Abbatissam *Brunshufanam*, et *S. Mariae*, fuisse olim *Canonicae* et *Abbatissae Gandershemensis* duplici nexu subiectas.

(*) Hic mos hodieque viget.

DISS. IV. DE CANONISSIS GANDERSHEIMENSIBVS. 1077

A. 1356. *ERMEGARD* de *Spegelbarg* Praeposita, *MARGARETA* de *Wiharwe* Decana, *ELISABET* de *Dorstad*, *MARGARETA* de *Aspermont*.

A. 1357. *SOPHIA* Praeposita, *Sophia* Decana.

1364. *Sophia* Praeposita, *Jutte* Decana, *Agnese* Custos.

1366. *Sophia* Praeposita et *Jutta* Decana. Quarum hoc est Diploma:

In nomine Domini Amen. Vniuersis et singulis presentia visuris seu auditoris. Sophia praeposita. Jutta Decana. nec non - - Capitulum secularis ecclesie Gandersem. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et notitiam perpetuam subscriptorum. Notum facimus per presentes. Quod constitutus coram nobis personaliter propter hoc. discretus vir *Thidericus de Marsfelde iunior* Canonicus in ipsa ecclesia nostra prebendatus. Sano ductu Spiritu ob deuotionem specialem, quam ad ipsam ecclesiam nostram gerit. precogitans, nihil esse certius morte. sed hora mortis nil incertius. et volens saluti anime suae aliquantulum providere. ne memoria eius cum finitu pereat. sed in ipsa ecclesia nostra iugiter perseueret, tradidit nobis quandam litteram strenui viri *Thiderici de Stasforde dapiferi* ecclesie nostre sigillo suo et filiorum suorum sigillis sigillatam, in qua dictus dapifer recognoscit, se obligasse venerabili Domine quondam *Jutte de Swalenberge Abbatisse* nostre quedam prata et quendam ortum nec non spatium dictum *Bügy*. sita inter opidum *Gandersem* et claustrum *Brunsteshusen*. pro octo marcis argenti et vno lot *Gandersem* valoris sibi traditis in pecuniam mutatam. et dictus *Thidericus de Marsfelde* huiusmodi pecuniam exposuit, vt loca predicta in se recepit et fructus exinde leuauit, sicut potuit. et ipsa spatia habebit. donec heredes dicti dapiferi vel alius, qui hoc facere poterit, redimant dicta spatia per pecuniam pretaxatam. prout hec in litera ipsius dapiferi plenius continentur. Quam litteram ipse *Thidericus de Marsfelde* nobis sponte tradidit. et octo marcas argenti et lot in ea contentas. ad conuertendum in redditus annuos pro anniuersario suo in ecclesia nostra post mortem suam peragendo solito more inter nos et canonicos diuidendos. Ipse vero dicta spatia et loca. vel pecuniam, si redempta fuerint, quoad vixerit, retinebit. Item donauit nobis decem marcas argenti. in quarta parte alodii in *Oldengandersem* emptum quondam a *Thiderico de piscina armigero*. et fructus de predicta quarta parte prouenientes annuatim equaliter diuidentur more suo pro festo beati *Iohannis euangeliste* ante portam latinam solempniter celebrando. et pro *Iohannis de Westenen* quondam *Concanonici* nostri anniuersario peragendo. Item donauit nobis redditus annuos trium fertonum, quos sibi annuatim damus. de quatuor marcis, quas expendunt. Consules *Gandersem* nobis in festo beati *Martini*, quos emit a nobis pro nouem marcis argenti. quorum vnum fertonem assignauit ad luminaria sacri sanguinis nostri. reliquos duos ad anniuersarium *Lise de Nederuene*. quondam *Concanonice* nostre. et *Margharete* quondam *matris Iohannis de Vorde* vna die singulis annis peragendo, vt moris est, distribuendo. qui quidem tres fertones si redempti fuerint pro nouem marcis eodem nouem marce conuertentur in perpetuos redditus ad vsus supradictos. Item dictus *Thidericus* expendit tres marcas argenti ad refectio-nem domus dicte *Kronhus* cum quibus comparabuntur redditus annui, de quibus redditibus presentabitur per canonicos nostros praeposite nostre, que pro tempore fuerit, vnum moldrum, de quo dabuntur Canonicis nostris panes commendacionales in anniuersario duorum Imperatorum Romanorum *Arnolfi* et *Ottonis* vna die. nec non in anniuersario *Lodowici regis* sua die. Et in cena domini cuilibet scolari presenti in choro vnam placentam triticeam (*) valentem denarium *Gandersem*. Denique pro huiusmodi deuotione et beneficiis suis nobis exhibitis damus sibi piscinam apud *molendinum nostrum* cum spaciis adiacentibus. vt eis, quoad vixerit, vti et frui valeat. colere per se vel coli facere suis sumptibus, ei fructus tollere, prout libet, eo vero in Domino defuncto ad nos cum omnibus impensis factis libere reuertentur. In quorum omnium et singulorum testimonium et firmam obseruantiam dedimus sibi presentem litteram sigillo Custodie nostre, quo in causis nostris utimur. et nos - - Canonici sigillo nostro communi, quo utimur, fideliter communitam. Et nos *LVTGARDIS* dei gratia *Abbatissa* ecclesie predictae premissa omnia et singula grata et rata habentes, ea sigillo nostro appenso in testimonium presentibus approbamus. Actum et datum *Gandersem*, anno domini. M. CCC. LX. sexto in vigilia Epyphanie Domini.

V u u u u u 2

A. 1393.

(*) Hic mos hodieque viget in die Viridium.

A. 1393. *YSALDE* de *Hammerstede* Praeposita, *Jutte Decana*, *Mechtildis custos*.

A. 1394. Hae ciuibus quibusdam Northemensibus ad vitae tempus oppignorant dimidium villae suae cum sex mansis in *Hollenstede*.

A. 1395. rursus eadem.

A. 1406. *Ilse Praeposita*, *BEATA Decana*, (*) *Ermegarda custos*, consentiente Abbatissa *Sophia*, *Canonicis solis*, quippe latinae linguae peritis, tradiderunt clauas *Archivi*. Hi igitur e suorum numero adsumserunt vnum, qui *Archivo* praesesset et *Archivarius* diceretur.

A. 1409. Eadem viuunt.

A. 1420. Eisdem additur *Alheidis Scholastica*.

A. 1429. *Ilse Praeposita* et *Alheidis Decana*.

A. 1437. *Elisabet Praeposita*, *Alheidis Decana*. Hae conqueruntur apud *Iohannem Bruny* *Decretorum Doctorem*, *Decanum ecclesiae S. Mariae Erfurti*, subexecutorem constitutionum *Friderici II* et *Caroli IV* super *Hermanno Ruscheplate* et *Hanso de Roringen*, qui fruges trium mansorum in *Ippensen* per vim *Capitulo* abstulerant, ideoque fulmine sacro fuerant notati, quod *Erfurti* non comparuerant tempore praedefinito.

Anno 1449. *ALHEIDIS* de *Dorstad* Praeposita, *SOPHIA Dux de Brunswick custos*, *MARGARETA* de *Wilnauwe* Decana. Hae *Henrico Gosler Canonico* vendunt ad tempus domum et aream, in sede *Dominarum* sitam.

A. 1467. *Elisabet de Dorstad* Praeposita et *Henricus Coci Senior* oppignorant decimam, ad montem *Clusinensem*.

A. 1484. *Elisabetha* illa obit in die *Martini*. Fuit simul *Abbatissa Herisensis*. *AGNE-SA* de *Anhalt* Canonica.

A. 1486. *Gertrudis Comes de Regenstein*, Praeposita, ac *Capitulares* ineunt pactum cum heredibus *Elberdi de Hanxleben* de rebus, quotannis ex praefectura seu aduocacia *Kalckheim* soluendis.

A. 1488. *Gertrudis Praeposita* ratam habet *foundationem Altaris S. Crucis*.

§. V.

A. 1509. *KATHERINA C.* de *Hohnstein* Decana *Gandersiensis* et *Abbatissa Wunstorpiensis* famosa est turbis, quas in *Vita Abbatissae Gertrudis* recensui, et dilapidatis ecclesiae bonis. Vt *Abbatissa* fieret loco *Gertrudis*, saltem socia regiminis seu *coadiutrix*, captauit gratiam *Henrici Senioris Ducis Brunsvicensis*, et ei cum parte *Canonicorum*, a quibus dissidebant ceteri, promiserunt tributa annua ac hoc anno 1509 dederunt XX florenos *Renanos* in partem dotis pro filia *Henrici Ducis*.

A. 1526. *KATHERINA* de *Hohnstein* fit Praeposita, et *CATHARINA* de *Quervorde* est Decana.

A. 1530. *Katherina de Hohnstein* litem exercet in *Ducem Henricum Iuniorum*, et olim promissa retractat. *Dux* inter haec auertit *Capitulares* a *Katherina*. Hi igitur legunt nouam *adiutricem Gertrudis Abbatissae MARIAM*, quae quatuor hebdomadibus elapsis eligitur *Abbatissa*. *Discedit* iracunda *Katherina Wunstorpium*. *Dux* commendat duas *Bohemicas* *sorores pauperulas*, quarum *MARGARETA* de *Clum* seu *Clumen* seu *Columna* fit Decana, *MAGDALENA* vero minor natu creatur Praeposita, post *Abbatissa Wunstorpiensis*, tandem quoque *Gandersheimensis*.

A. 1533. *Margareta* redditur *Coadiutrix Herisensis Abbatissae* et a. 1534. eidem succedit. *Magdalena* et *Elisabetha de Berke*, ortae ex *Bohemia*, fiunt *Canonicae*.

A. 1542. a foederatis *Smalcaldicis* *Capitulum* infestatur.

A. 1556. *Margareta*, inde ab anno 1547 Praeposita, condit suis sumptibus *domicilium Praepositurae*, ornatum insignibus *Ducum* et *Regum* ea aetate *florentium*. *Dudum* illud inhabitat Decana.

A. 1564.

(*) Diploma de ea obuium est circa haec tempora in *Vitis Abbatissarum*.

A. 1564.

A. 1566. A Praepositurae fit anno desierunt

A. 1574. 26. tantum sepul uangelicus aulus su Abbatissae fo erodio sectario

Anno 1577 haec religioni L coniunxit cum e quibus intellexi Posthaec nulla

A. 1589. BARBARA Co quae a. 1600. fu

Anastasia G.

A. 1612. 17 Canonica et paul niae, obiitque a.

A. 1617. Ama

A. 1619. Ann tulo discedere co enburgici.

A. 1620. 7 C

- 3 1

Lauenburgicus r

A. 1625. ve talem adspexer Nupit postea Ic Valender, vltin mus et vicarius nam Augustam fu

A. 1564. *Armgarða C. de Hoya* candidata est vitae Canonicae.

A. 1566. *Margareta* et Capitulum vendunt aream Capitularem, e regione domus Praepositurae sitam, consuli Tiloni Püsterro, acerrimo Lutherani nominis defensori. Hoc anno desierunt Canonicae cantum canonicum.

A. 1574. 26. Nou. obiit *Magdalena de Berka*, et 27 a Canonicis tumbae fuit illata, citra cantum sepulcralem, quia decesserat in religione Pontificia. Antistes rei ecclesiasticae Evangelicus ausus est intercedere, ne campanae in signum luctus cierentur. Verum iussu Abbatissae sonuerunt nihilofecius campanae. Hinc adparet, dogmata practica, quae ex odio sectario orta sunt, Protestantium doctoribus nonnullis probari.

Anno 1577. 18 Febr. *ANNA ERICA Comes de Waldec* electa est Decana. Ipsa adhaesit religioni Lutheranae. Decessit a. 1589. *Margareta* Abbatissa, quae Praeposituram coniunxit cum dignitate Abbatiali. Ad manus venerunt litterae Ducis Henrici Iulii, e quibus intellexi, *Elisabetam* filiam ipsius adisse possessionem bonorum Praepositurae. Posthaec nulla amplius existit Praeposita.

A. 1589. *Annae Ericae* ad dignitatem Abbatialem euectae successit in Decanatu *BARBARA Comes de Mansfeld*. Canonicae tum fuerunt *ANASTASIA Comes de Gleichen*, quae a. 1600. fuit Decana, *Amabilia Comes de Mansfeld*, *Amalia Comes de Kirchberg*.

§. VI.

Anastasia Gleichenfis obiit a. 1611. incunte, nacta heredem *Vohradum* fratrem.

A. 1612. 17 Apr. *HEDEWIGIS*, Henrici Iulii Ducis Brunsvicensis filia, redditur Canonica et paullo post *Coadiutrix*. Nupsit a. 1619. 7 Febr. *VLRICO*, Duci Pomeraniae, obiitque a. 1650. 26 Iun.

A. 1617. *Amabilia C. de Mansfeld* Canonica, *AGNESA C. de Mansfeld* Decana.

A. 1619. *Anna Sophia C. de Stirum*, simulac transgreditur ad Pontificios, e Capitulo discedere cogitur. Ad 10 Dec. velatur *MARIA*, soror *Augusti* Ducis Saxo-Lauenburgici.


A. 1620. 7 Oct. Velatur *Juliana Elisabetha*, Wild- et Raugrafia.

- - 3 Dec. velatur *Elisabetha Juliana*, C. de *Expach*. Hoc anno Dux Saxo-Lauenburgicus nauat operam, vt *Maria* constituatur coadiutrix, euentu irrito.

A. 1625. velatur *ANNA AVGVSTA C. de Waldec*. 29. Mart. Lucem primam vitalem adspexerat a. 1608. 31. Mart. Landoviae. Fuit ad breue tempus heic Decana. Nupsit postea Iohanni, Comiti in Sayn et Witgenstein, Domino in Homburg et Valender, vltimo Iun. anni 1627. Is fuit Electoris Brandenburgici consiliarius intimus et vicarius praeses per Comitatum Rauensbergensem. Extraordinarium est, *Annam Augustam* fuisse matrem viginti liberorum. (a)

(a) CHRONICON WALDECCENSE p. 267. sq. To. I. Coll. monum. inedit. Hahnii, Brunsvigae 1724. 8.

DESHENSIBVS.
 fuisse dicit, Nihilominus
 sibus ut vixit tempore oppugnati
 e.
 Emergunt alii. consentiente te
 quae peris, insurrexerunt clausi
 nom, qui Antium praesidi et d
 Hae conperunt apud Isom
 S. Mariae Erfurti, subventura
 anno Bilschepate et Badi d
 ex vim Capitulo abdicant, in
 n comparuerat tempore p
 HIA Dux de Brunsvick capto. M
 Canonico vendunt ad temp
 ei Senior oppugnant de
 bbatissa Henricensis, AGNE
 ilares ineunt pactum cum
 a quaestura seu advocatia
 a Altes. Croia.
 andensis et Abbatissae W
 illi recessu, et dilapsis ecc
 locia regiminis seu o
 et ei cum pacta Canonica
 a hoc anno 1509 delecta
 is.
 et CATHARINA de Qu
 Duce Henricum Iunior
 tularis a Katherina. Hi igitur
 M, quae quatuor hebdomad
 rina Wundtserpion. Dux en
 MARGARET A de Clow seu
 e natu creatur Praeposita, post
 nis.
 is Abbatissae et a. 1534. h
 themia, fuit Canonica.
 estatur.
 condit suis sanctis domin
 a ea aetate florentiam. Dux



Genus Annae Augustae sic habe :

Philippus III C. de Waldec. † 1539.

Otto VIII commendator in Langen et Stein- furt † 1640.	WOLRADVS II 1509. 28 Mai, na- tus. Canon, Co- lon. suscipit re- gimen 1536. † 1578. 15 Apr. Vx. Anastasia Gun- thera C. Hen- rici de Schwarzburg filia a. 1544 † 1570. 5. Apr.	Elisabet Vx. Iohan- nis vice comitis in Melan et Gandau.	Erica 1511 19 Mart. vx. C. E- berhardi de Marca et Arns- berg 1526. et Theo- doric C. deMan- derscheid † 1560. 8. Octob.	Philip- pus V. † 1584.	Iob. II. Vx. An- tharina C. de Lippe 1567. † 1590.	Franc. II. Vx. 1) Ca- tharina filia Bernhardi C. Clivien- sis 1550. 8 Mai. 2) Eli- betha.
---	--	---	--	------------------------------	---	--

Franc. III. 1549 † 1553. 8 Mart.	Henr. Wilb. 1552. 9 Nou. † 1559. 28 Dec.	IOSIAS 1554. 10 Mart. vx. MARIA filia C. Alberti de Barby 1582. Ipse † 1588	Iob. Gun- ther natus et † 1559.	Wolradus III. 1563 † 1587.	Catharina Abbat. in Schacken, Sponsa Fri- derici C. de Hoie † 1613 8. Iul.	ANNA ERICA Abba- tissa Gand. stasia Catha- rina.	Adelheidis Walburgis, Magdalena Lucia, Ana- stasia Catha- rina.
---	--	---	---------------------------------------	----------------------------------	--	--	--

CHRISTIANVS 1585. 24. Decemb. † 1637. 31. Dec. Vx. Elisabetha, filia Iohannis C. in Nassau-Dillen- burg, mater XV. liberorum.	Wolradus IV. 1588 † 1640. 6. Oct. Liberi plures, inter quos Maria Elisa- betha.	Maria Anastasia † 1585. 5 Mart.	Iuliana 1587. † 1622. 28. Febr. Vx. Ludouici C. de Erpach.
--	--	--	---

Mauri- tius 1611 1. Mart. † 1617.	PHILIP- PVS VII. 1613. 25. Nou. †. 1645. Vx. Anna Ca- tharina filia C. Lu- douici in Sayn et VVit- genstein.	Gabriel 1621. 1. Iul. † 1624. 6 Ian.	Iob. IV 1622. 7 Sept. Vx. A- lexan- drina de Veh- len 1645	Maria Ma- gdale- na 1606 21 Apr. † 1637 14 Sep- temb.	Sophia Iulia- na 1607 1 Ian. † 1637 14 Sep- temb.	ANNA AVGV- STA. 25. Apr. vx. Wil- helmi Wein- richii C. de Falcken stein. † 1647.	Elisabe- tha 1610 25. Apr. 1) Sime- nis Lu- douici C. de Lippe 2) Philippi D. Hol- fat.	Catha- rina 1612. 20 Oct. vx. 1) Sime- nis Lu- douici C. de Lippe 2) Philippi D. Hol- fat.	Christi- na, Do- rothea, Agnesa, Sibylla, Iohanna Agata, Loyla.
--	---	---	---	--	---	--	---	---	--

Christia- nus Ludo- vicus 1635. 29. Iul.	Iosias. 1636. 3. Iul.	Iuliana Elisabetha 1637. 1. Aug.	Anna Sophia 1639. 1. Ian.	Iohan- na 1639 30 Sep- temb. † 2. Octob. Aug.	Philip- pina 1643. 19 Nou. † 1644. 3 Aug.
---	-----------------------------	---	------------------------------------	--	--

Anno 1625. 29 Iunii decretum promulgatur, vt Decana, ni perpetuo heic confi-
deat Capitulari in loco, amittat redditus, temporibus absentiae aequales, cessuros in
vsu divisionis reddituum Capitularis. AGNESA Decana, hanc fabam in sese cum
iri, praeuidens, resignauit 12 Ian.

Juliana Elisabetha paulo ante excefferat.

AGNESA commendat Christinam, Comitum Mansfeldicam, vt haec ipsi substi-
tuatur.

A. 1625. 19 Oct. velatur Maria Elisabetha, quae iam erat Abbatissa in Schacken.
Parente vsa est Wolrado IV Comite Waldeccensi, nata 1608. 2 Sept. nupta Friderico
Marchioni Badensia. 1634. obiit Basileae 1643. 19 Febr.

A. 1628.

DISS
A. 1621.
Abbatissa in S.
Comitum Leini-
ae Imperialis
A. 1633. 1
1603. defuncta
Abbatissa Gande-
burgicae, a. 164
Ao. 1634.
1615. Durlaci. St
resignauit a. 16
A. 1642. 1
A. 1649. 1
hensis, quam
DOLFVS AVG
heic quondam
Anno 1650
Sabina, Comes
euehebatur.
A. 1652. 27
WIG, et a. 1665.
rotber Augusta, t
1636. 12 Sept. nu
1662. 28 Septemb
Franzhagen.
Gubernabat
fideris velificari n
gneferentes, tande
ad ancilla vilissim
supra subindicaui
tiam quibuscunc
factiones constab
(b) hunc in mo
sans, qui gassent
sont eux, qui suer
ostant la honte du
occassions, et qui fo
ger la Cour de ces
se rendent agreables
par de bons conter
glosser subtilement le
regula obseruatio et a
IOANNA ELI
fels, et Sonnenwalde
in canonicatum Mari
suffragio reditibusque
in collegiis illustribus
infirmitatibus, quo m
tes enim paucula quot
A. 1652. 7 Iul. vt
Christiana Elisabetha
Anna Analia, Co
Anna Sophia velat
m. Introductioni se
Sernberg, fratres Hen
et Elisabetha Iuliana.

HISTOIRE du Roy Hen

DISS. IV. DE CANONISSIS GANDERSHEIMENSIBVS. 1081

A. 1628. 29. Nou. velatur *Dorothea Comes de Waldec*, nata a. 1617. 2 Febr. Fuit Abbatissa in Schaacken, et Decana Gandefiana ab a. 1634. Nupsit a. 1641. *Emiconi*, Comiti in Leiningen et Dachsberg, Domino in Aspermont, viduo, qui a. 1650. *Camerae Imperialis* praefes exstitit.

A. 1633. memorantur *Sibylla Maria et Sidonia*, Comites Oldenburgicae, filiae *Antonii II* Comitis Delmenhorftani vltimi. Prior fuit etiam Hervordensis Decana, nata 1608, defuncta a. 1640. 14. Sept. Posterior, nata a. 1611, perperam a nonnullis dicitur *Abbatissa Gandershemensis*. Nupsit Augusto Philippo, Duci Holfatico, lineae *Sunderburgicae*, a. 1649. At ex difficultate partus 1650. exspiravit.

Ao. 1634. *Maria Elisabetha Decana* nupsit *Friderico V* Marchioni *Badensi*, habitantis *Durlaci*. Succedit in Decanatu *Dorothea*, filia *Christiani Comitis Waldeccensis*, quem resignauit a. 1640.

A. 1642. 10. Sept. velatur *Christina*, Comes *Waldeccensis*.

A. 1649. velatur *CHRISTINA ELISABETHA*, filia *Alberti Friderici Comitis Barbiensis*, quam in vxorem duxit a. 1650. 10. Nou. Dux *Serenissimus Brunsvicensis RVDOLPHVS AVGVSTVS* et ex ea filias procreavit *Dorotheam Sophiam*, et *Christinam Sophiam*, heic quondam *Abbatissam*.

Anno 1650. 17. Apr. resignat *Decana Christina, Comes de Mansfeld*, eo quod *Maria Sabina, Comes de Solms*, velata 21. Febr. ad dignitatem *Abbatialem* praeter ordinem euehebatur.

A. 1652. 27. Apr. postulatur ad Decanatum suscipiendum *DOROTHEA HEDEWIG*, et a. 1665. succedit *Mariae Sabinae Abbatissae*. Decanatum obtinere sperabat *Dorothea Augusta*, tum *Canonica*; sed, votis minus damnata, resignauit a. 1652: nata a. 1636. 12. Sept. nupta *Georgio III Landgravio-Hasso Darmstadiensi* a. 1661, defuncta a. 1662. 28. Septemb. Pater fuit *Iohannes Christianus, Dux Holfatiae in Sunderburg-Franzhagen*.

Gubernabat tum heic omnia *MICHAEL BUTTNERVS*. Siquae *Canonicae desiderii* velificari non poterant, eae minimi factae. Hae tamen, neglectum sui indigne ferentes, tandem *Seniorem* in odia *Ducis Serenissimi* adduxerunt, incitatae potissimum ab ancilla vilissima. Vnde *aduocatae iura* esse implorata et *Buttnerum* carceri datum, supra subindicauius. Homines enim ignaui, si quam heic poterant *Principum gratiam* quibuscunque artibus sibi conciliare, strenuis mendaciis ac fictionibus partes et factiones constabant. Egregie malum hoc notat *Ven. HARDVINVS de PEREFIXE* (b) hunc in modum: *On ne sçait que trop qu'il n'y a que les flatteurs et les lâches complaisans, qui gastent tout dans la Cour des Grands, et qui corrompent mesme leurs personnes. Ce sont eux, qui sucent le poison, qui enhardissent le Prince (les Princesses) à mal faire, en luy ostant la honte du mal, qui le familiarisent avec le vice, qui luy en recherchent et facilitent les occasions, et qui font pour ainsi dire le mestier de Satan et de tentateur. Il est impossible de purger la Cour de ces pestes, elles s'insinuent malgré qu'on en ait dans les Palais des Grands, se rendent agreables par de nouveaux diuertissemens, gagnent l'oreille par des louanges flatteuses, par de bons contes, par des hableries plaisantes; puis quand ils tiennent les entrées, ils font glisser subtilement le venin dans le coeur, et empoisonnent les ames les plus innocentes. Aureola obseruatio et ad verbum ediscenda!*

IOANNA ELISABETHA, Comes *Solmensis*, *Domina in Münzenberg, Wildenfels, et Sonnenwalde*, velata iam erat per *mandatarium* a. 1651. 18. Mart. vt succederet in *canonicatum Mariae Sabinae*. Exsistebat tum *annorum XIV*, et repromittebat, se *suffragio* redivisusque *carituram*, donec *annos adtigisset Canonicos*. Vtilissima obtinet in *collegiis illustribus* eiusmodi *consuetudo*, vt *impedimenta praesentes* obmoliantur *infirmioribus*, quo minus hi *coram adesse* et *reditus annuos* percipere possint. *Absentes* enim *paucula quotannis* impetrant; reliqua obtingunt *praesentibus* in *accessionem*.

A. 1652. 7. Iul. velatur *Amalia Margareta Wild- et Reingrafia*, nacta *Canonicatum Christianae Elisabethae Comitis Barbiensis*, intromissa 1653. 20. Iun.

Anna Amalia, Comes in *Leiningen et Dachsberg*.

Anna Sophia velatur 28. Apr. Erat Comes *Limburgi et Brunchorfti, Domina in Storum*. *Introductioni* solemnii interfuerunt pater *Iobstius*, *Margareta mater* Comes de *Sternberg*, fratres *Henricus Adolphus et Bernhardus Albertus*, sororesque *Anna Sophia et Elisabetha Iuliana*.

A. 1660.

(b) HISTOIRE du Roy Henry le grand, ed. Paris. 1662. 8. p. 300. fqq.

A. 1660. 14 Junii *Johanna Elisabetha*, Comes Solmenfis, plenos nacta annos, subcribit Capitulationi.

A. 1661. 12 Jun. velatur *CHRISTINA* Dux Meclenburgica, filia *Adolfi Friderici* Ducis Meclenburgo-Suerinensis ex *Maria Catharina*, filia *Iulii Ernesti Ducis Brunsvicensis Dannebergici*. Eligitur Decana eodem anno 3. Octobr. nata fuit a. 1639. 8 Aug. Eligitur Abbatissa a. 1681. 9 Aug. † 1693. 30 Jun.

A. 1671. 14 Jun. memoratur inter Canonicas *Augusta Philippina*, Landgravia Hassio-Darmstadiensis, nata 1643. 29 Dec. defuncta a. 1672. 4 Febr. Pater *Georgius II*; mater *Sophia Eleonora*, *Iohannis Georgii I* Electoris Saxoniae filia.

A. 1676. 13 Apr. velatur *Wilhelmina Iuliana*, Comes Oldenburgica, filia *Antonii Domini in Varel et Kniphausen*, declarati a. 1654. Comitum Oldenburgici, nata a. 1665. 4. Maji. Nupsit *Georgio Comiti de Wedel* a. 1689. extincto a. 1717. 30 Ian.

Christina Sophia, post Abbatissa.

A. 1683. 18 Dec. velatur *Maria Elisabetha*, soror *Christinae*, tandem Abbatissa a. 1712. † 1713. 26 Apr.

A. 1687. 2 Nou. velatur *Sophia Eleonora* Comes Hohenloica Oeringensis, amica intima *Oxenstirniae*, † 1728. 3 Sept. Pater *Christianus Crato*.

A. 1687. 3 Nou. iurat *HENRIETIA CHRISTINA*, Serenissima Dux Brunsvicensis, filia gloriosissimi *Antonii Vlrici*, et Abbatissa a. 1693. introducta a. 1694. 24. Apr.

A. 1690. 27 Aug. per mandatarium velatur *Anna Margaretha de Oxensirn*, Comes Suecica, filia *Benedicti Comitis* per Sueciam summi Cancellarii, sociique pacificationis Nouiomagensis, et matris ex illustrissima gente *Steinbockiorum* genitae. Intromittitur a. 1691. 12 Nou. † 1702. 6. Dec. Ipsam fuisse masculi animi, semiberbem et androgenen, referunt, quicam norunt. Hereditatem ipsius obscuri homines adriperunt, locum dantes gnomae, *male parva male dilabi*. In horum aedibus saepe imago *Oxenstirniae* post mortem visa, obambulantis per superiorem contignationem, aperientis ianuas, lecto sese inuoluentis, surgentis, disparentis. Relata refero, hausta tamen ex ore complurium et ex experientia eorum tristissima.

A. 1694. 25 Apr. velatur *SOPHIA ELEONORA*, Dux incomparabilis, filia *Ferdinandi Alberti Ducis Serenissimi Brunsvicensis in Beuern*. Nata a. 1674. 5 Mart. Obiit ex variolis a. 1710. 14 Dec. quos ex adpectu funeris, quo efferebatur homo absutus eo morbo, contraxerat. Pietatem et virtutes aeternum victuras omnes vno ore praedicant.

Anno 1696. in vesperis S. *Iohannis* conditum est, regente et prouidente sapientissima *HENRIETTA CHRISTINA* Abbatissa, *statutum perpetuum*, vt redivibus Capitularibus in posterum fieret accessio. Cantum eo est, 1) vt Canonica quaeuis, in posterum velanda, offerat 2000 loachimicos, quorum ipsa ad tempus vitae percipiat vsum fructum, defuncta vero eum dimittat Abbatissae et Capitulo in perpetuum: 2) vt Canonica velanda suscipiat de manu Abbatissae crucem auream, cuius adpectu redeat in memoriam passionis Christi. Cruci illa infra adhaeret caput sceleti humani aureum. Desuper adnexa conspicitur fascia coerulea, a qua ex humero dextro crux ad pectus dependet: 3) vt Canonica, ordine sacro mutato, illam Abbatissae reddat, mandetque, vt, ipsa fato functa, heredes illam restituant. *Ordini huic nouo cognomen additum est a recordatione dominicae passionis*, iubente perquam reverenda Abbatissa, quae nunc regit.

A. 1697. 2 Iulii velatur *Isabella*, Comes de *Sinzendorf*, ingenii acuti et feruidi, Decana per nonnullos annos, obiit a. 1716. 17 Febr. condito legato in vsum egenorum scholarium. Prima fuit, quae maiores suos ad gradum XVI paternum maternumque genealogice et Capitulariter, depictos insignibus illustratum, exhibuit Capitulo. Ex hac aetate genus cuiusque Canonicae satis patet. Reuocanda quoque esset consuetudo condendi *necrologia*; quae promoueri posset per societates pias, virtutum causa constitutas, et a superstitione alienas.

§. VII.

A. 1708. 25 Jun. *Vlrica Eleonora*, Comes Danica de *Reuentlau*, intromissa fuit per mandatarium. Resignauit eadem a. 1713. 14 Sept. et Comiti Danico de *Larwig* nupsit. Pater Canonicae *Conradus*, consiliarius Regis Daniae intimus, praefectus summus cubi- culi et venationum.

A. 1711.

A. 1711.

functi a. 1718.

A. 1711. 3

Bernardi Ducis

ANTONII VLRI

ei benedicat!

A. 1715. C

Sed conatu exiit

A. 1715. 2

LUDOVICVM

ctum a. 1718. 2

thani. Ipsa iur

paulo post Dec

mae, mansueti

quam intermisit

A. 1719. 16

SOPHIA, Prin

Eberhardo ac n

Canonico obstri

terquam quod b

gratulatum cogn

Ludouico Adolfo C

cerit. Insignem

pietatem indefessa

meos contulerit,

tandem dixit Gan

Principe Serenissim

dissimae Decanae

Deus, vt semper t

in coelos eat!

Ao. 1722. 1

Rudelfstadiensis

ma, aequitate,

annalibus et l

alto!

Anno 1725.

stantibus Ducibu

dua, ELISABET

nissimo Principe

patre Iohanne Lu

Matris genealogia

DISS. IV. DE CANONISSIS GANDERSHEIEM NSIBVS. 1083

A. 1711. 8 Apr. velatur *Christina Maria*, Comes Hohenloica-Langenburgensis, defuncta a. 1718. 21 Dec.

A. 1711. 30 Jun. velatur per mandatarium *Friderica Eleonora*. Est filia Serenissimi *Bernhardi Ducis Saxo-Meinungensis*, nata a. 1683. 2 Mart. ex *Elisabetha Eleonora*, filia ANTONII VLRIKI, Ducis memoriae gloriosissimae ac nunquam intermoriturae. Deus ei benedicat!

A. 1715. Comes quaedam *Finckensteinensis* adscribi Canoniarum numero voluit. Sed conatu excidit, quia est religionis, quae dicitur *reformata*.

A. 1715. 29 Iunii velatur per mandatarium *SOPHIA IVLIANA*, patrem nacta *LVDVICVM FRIDERICVM*, Principem Schwartzburgo-Rudelstadiensem, defunctum a. 1718. 24 Jun. matremque ANNAM SOPHIAM, filiam Ducis Serenissimi Gothani. Ipsa iuravit et albo ecclesiae inseruit suum nomen a. 1716. 16 Mart. Successit paulo post Decanae Isabellae, Comiti Sinzendorficae, et pietatis in Deum ardentissimae, mansuetudinis, omniumque praestantissimarum virtutum edere specimina nunquam intermisit. Deus ei benedicat ex alto!

A. 1719. 16 Jul. ordini Canoniarum adscripta est per mandatarium *CHRISTINA SOPHIA*, Princeps Frisiae Orientalis, progenita a. 1688. 16 Mart. ex patre Christiano Eberhardo ac matre Eberhardina Sophia, Principe Oettingana. Ipsa sese iure iurando Canonico obstrinxit a. 1719. 28 Dec. Ex eo tempore Gandershemii sese tenuit, praeterquam quod bis Blankenburgum ad *DVCES SERENISSIMOS*, et semel Casselas, gratulatum cognatae Comiti *Christinae Luisae* nuptias a. 1726. 14. Aug. cum *Johanne Ludouico Adolfo* Comite de Wied, Domino de Runkel et Isenburg contractas, iter fecerit. Insignem heic ostendit munificentiam in egenos, gratiam in bene meritos, et pietatem indefessam in quoscunque. Quanta et quot beneficia in me immerentem et meos contulerit, memoria, quoad spiritus reget artus, recolam humillima. Vale tandem dixit Gandershemio, anno exeunte 1728, et iniit coniugium felicissimum cum Principe Serenissimo Schwartzburgo-Rudelstadiensi *Friderico Antonio*, fratre Reuerendissimae Decanae, a. 1729. 2 Ian. qui eam ab Abbatissa Serenissima expetiit. Faxit Deus, vt semper floreat, seroque cum summa animi tranquillitate et cum Principe suo in coelos eat!

Ao. 1722. 17 Jun. adgregauit sese choro Canoniarum Princeps Schwartzburgo-Rudelstadiensis *MAGDALENA SIBYLLA*, soror Decanae Serenissimae praestantissima, aequitate, devotione et pietatis cultura nulli secunda, in historiae ecclesiasticae annalibus et lectione librorum sanctorum versatissima. Deus ei benedicat ex alto!

Anno 1725. 11 Octobris accessit *SOPHIA CHRISTIANA* et velum suscepit, adstantibus Ducibus Serenissimis *AVGVSTO WILHELMO* almaeque coniuge, nunc vidua, *ELISABETHA SOPHIA MARIA* cum consiliariis primi ordinis ac fratre, Serenissimo Principe Anhaltino ex profapia Seruesto-Dornburgica. Princeps ipsa nata est patre Iohanne Ludouico et matre Christina Eleonora de Zeitsch anno 1692. 16. Dec. Matris genealogia est huiusmodi:

Christianus Fridericus de Zeitsch.
Vx. *Dorothea Sibylla de Dewitz.*

Nicolaus de Zeitsch. Vx. Vrsula de Clotten.

Christianus. Vxor Lucretia de Spiegel.

Georgius Wolradus. Vxor Christina de Weisbach,

Christiana Eleonora, nupta 1687. 23. Jul. Johanni Ludouico, principi Seruestano. † 1699. 17. Mai.

Sophia Christiana. 1692. 16 Dec. Canonica 1725. 11 Oct.

Xx xx xxx x

Com-

Commoratur apud Serenissimam Duce[m], viduam gloriosissimi Ducis Brunsvicensis Augusti Wilhelmi, Brunsvici et in Vechelde. Deus vtrique benedicat ex alto!

A. 1727. 31 Mart. velata est per mandatariam *FRIDERICA*, Serenissima Dux Wirtembergica ex linea Neostadiensi. Ipsa est nata a. 1699. 27 Jul. ex patre *Friderico Augusto*, et *Albertina Sophia Eстера*, filiaque Casimiri ultimi Comitis Ebersteinensis in Suevia. Deus ei benedicat ex alto!

Anno 1728. 24 Aug. velum per mandatarios suscepit Serenissima Dux Holfatica *CHARLOTTA AMALIA*, ex prosapia Plonensi, nata a. 1709. 1 Mart. Deus ei benedicat ex alto!

Eodem anno et die velata est interuentu mandatariorum *WILHELMINA ELISABETHA DOROTHEA*, Comes Waldeccensis. Deus ei benedicat ex alto!

Anno 1729. 28 Apr. velata est absens *DOROTHEA AVGVSTA FRIDERICA*, Dux Holfatica prosapiae Plonensis, soror *Charlottae Amaliae* nata a. 1712. 18 Nou. ex patre Ioachimo Friderico, qui obiit a. 1722. 25 Ian. et ex Magdalena Iuliana, filia Comitis Palatini Birkenfeldici in Gelnhausen Iohannis Caroli.

Eodem anno et die velata est absens *EBERHARDINA HENRIETTA WILHELMINA*, Comes de Gravenitz, cuius parentes in aula Stutgardica maximae exstiterunt auctoritatis.

Anno 1730. 7 Sept. velata est absens *VLRICA LVDOVICA*, Dux Serenissima Wirtembergica. Pater ipsius est *CHRISTIANVS VLRICVS*, natus a. 1691. 27. Ian. ex prosapia Silesiaca, transgressus ad religionem Pontificiam a. 1723. 26 Ian. Vxor *CHARLOTTA PHILIPPINA*, filia Erdmanni Comitis de Redern, cum liberis perstitit hucusque in religione Euangelica. Canonica ipsa fuit in lucem edita a. 1715. 21 Maji. Deus ei benedicat ex alto!

Quatuor residentes vel vsumfructum Capitularem recipientes sunt hae:

SOPHIA IVLIANA, Decana.
FRIDERICA ELEONORA.
MAGDALENA SIBYLLA.
SOPHIA CHRISTIANA.

Heic sapiens, pacis studiosa, fauensque misellis,
VIRTVS tetractyn colligat arte sacram.
Mens Christi, pietas, sapientia vincla ministrant,
Queis quatuor quintae corda manusque vouent.
Quadruplici vincolo nodum concordia praebet
Ac DVX SVMMMA, cui fulget amica Themis.
Discordes animi sibimet conducere damna,
Concordes contra commoda ferre, solent.

Sigilla Canoniarum depromta semper fuerunt ex insignibus familiae suae. Sigillum *Commendatariae* habes seorsim. Sigillum *custodis* adhibitum est ab *Abbatissa Ermgarda*. Sigilla Canoniarum, quae sub regimine *Rev. Elisabethae Ernestinae Antoniae* velum tenuerunt vel sumserunt, vides sigillis duobus *Abbatissae* huius Serenissimae subiecta, in *Tab. XXII.*



DISS.

CAN
Summa, §. I.
§. II.
§. III.
§. IV.
§. V.
§. V.
§. V.
§. II.
§. IX.
§. X.
§. XI.

Augustinus
turba reli
Ansam in
alique, condenc
re, suum duxera
haec habet, qua
succreuit, quem
terrinas consuetu
Episcopatus et ae
nes alerentur, q
regulisque vitam
quibus vitam vol
tur. Postquam ex
Canonicos iubebat
Quo ipso simul et
rion, in cantus et
rebus eiusmodi, De
Papae, sed inter sic
ri ductum hinc inde co
nae voluntatis et hum
runt, egenis vero nec
vi solet, in ostende
di. Origo German
acescit ex institutis
primum iam a Pipino
nen nego, Carolum

(a) Diss. IV. §. 1.
(b) In der Kirchen- und
sultat MONZAMB
Protestantes suadet
(c) P. II. Notitiae rerum
(d) Capitulari I de a. 79
(e) AVCTOR Vitae Adri
GALLENIS L. I.